

Philipp Melanchthon    Nicolaus Medler

## **Compendivm Grammaticae : Pro Pveris incipientibus coniugare**

Magdebvrgi: Excudebat VVolfgangus Kirchnerus, M.D.XC.

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1672351804>**

Druck    Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1672351804/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1672351804/phys_0001)

~~19.a. - 8.~~

Cd-58<sup>1.2.</sup>





14. a. 8.  
COMPEN-  
DIVM GRAMMA-  
TICAE PRO PVERIS  
incipientibus coniu-  
gare,

EX GRAMMATI-  
CA PHILIPPI ME-  
LANTHONIS.

PER DOCTOREM NI-  
colaum Medlerum excerptum.



MAGDEBURGI

EXCVDEBAT VVOLF-  
gangus Kirchnerus.

ANNO M. D. XC.



# QVID EST GRAMMATA TICA.

*Est certa loquendi & scribendi ratio.*

Quot sunt partes Grammatices?

Quatuor: { Orthographia  
          { Profodia  
          { Etymologia &  
          { Syntaxis.

Quid est Orthographia?

*Qua docet recte scribere,*

Quid est Profodia?

*Qua docet accentus,*

Quid est Etymologia?

*Qua discrimina casuum in dictionibus tradit.*

Quid est Syntaxis?

*Qua rationem coniungendarum vocum docet.*

A 2

Quid

Quid docet Orthographia?

Rationem Literarum.

Quot sunt Literae?

Viginti tres. A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z.

Quomodo diuiduntur Literae?

In Vocales & Consonantes.

Quot sunt Vocales?

Quinq; a, e, i, o, u, Ex his fiunt diphthongi.

Quot sunt Diphthongi?

Quatuor :  $\left\{ \begin{array}{l} ae \\ oe \\ au \& \\ eu. \end{array} \right.$

Quot sunt Consonantes?

Decem & septem. b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z.

Quomodo

**Quomodo diuiduntur Consonantes ?**

In mutas & Semiuocales.

**Quot sunt Mutæ ?**

**Nonem.** b, c, d, f, g, h, p, q, t.

**Quot sunt Semiuocales ?**

**Septem.** l, m, n, r, s, x, z. Ex his priores quatuor sunt liquidæ, l, m, n, r.

**Quid docet Etymologia ?**

**Partes orationis.**

**Quot sunt partes orationis ?**

**Octo.**

<b>Nomen,</b>	<b>Pronomen</b>
<b>Verbum,</b>	<b>Participium,</b>
<b>Aduerbiū,</b>	<b>Præpositio,</b>
<b>Coniunctio,</b>	<b>Interiectio.</b>

A 3

Quot

Quotuplices sunt partes  
Orationis ?

Duplices : {  
Declinabiles &  
Indeclinabiles.

Quot sunt Declinabiles ?

Quatuor : {  
Nomen  
Prenomem  
Verbum  
Participium.

Quot sunt Indeclinabiles ?

Quatuor : {  
Aduerbiū  
Præpositio  
Coniunctio  
Interiectio.

## DE NOMINE.

Quid est Nomen ?

Est pars Orationis, quæ rem significat, non  
egere aliquid aut pati.

Quæ

Quæ dictio significat rem

Cui addi potest Ein.

Quotuplex est Nomen

Duplex : { Proprium &  
          { Appellativum.

Quid est Nomen Proprium ?

Quod vni soli rei convenit , vt Iohannes, Maria,  
Lipsia, Sala, Germania.

Quid est Nomen Appellativum ?

Quod multis est commune, vt vir, mulier, vrbs,  
fluvius, regio.

Quotuplex est Nomen Appel-  
lativum ?

Duplex : { Substantivum &  
          { Adiectivum.

Quid est Nomen Substantivum ?

Cui non addi potest, Man, VVeib, Ding, vt homo,  
equus.

Quid est Nomen Adiectivum ?

cui addi potest, Man, VVeib, Ding, vt Probus, albus,  
Niger.

Nomini quot accidunt?

{ Comparatio,  
| Genus,  
Sex: { Numerus,  
| Figura,  
| Casus &  
| Declinatio.

Quae Nomina comparantur?

Quorum significatio augeri minuius potest.

Gradus Comparationis  
quot sunt?

{ Positiuus,  
} Comparatiuus &  
| Superlatiuus.

Quid est Positiuus?

Prima vox adiectiui, vt Doctus.

Quid est Comparatiuus?

Qui supra positiui significationem magis signi-  
ficat.

Quos

Quot sunt terminationes Comparatiui?

Duae: { or, &  
          { us.

Terminatio OR, cuius generis?

Generis communis, vt hic & hæc doctior.

Terminatio VS, cuius generis?

Generis Neutri, vt hoc doctius.

Quid est Superlatiuus?

Qui supra positiui significationem valde significat.

Quot sunt terminationes Superlatiuus?

Tres: { rimus,  
          { simus, &  
          { limus.

Quotuplex est Comparatio?

Duplex: { Regularis &  
          { Irregularis.

A S.

Dæ.

Da Exemplum regularis Com-  
parationis?

In Masculino genere.

Doctus, Doctior, Doctissimus.

In Fœminino genere.

Docta, Doctior, Doctissima.

In Neutro genere.

Doctum, Doctius, Doctissimum.

Da exemplum irregularis Com-  
parationis:

In Masculino genere.

Bonus, Melior, Optimus.

In Fœminino genere.

Bona, Melior, Optima.

In Neutro genere.

Bonum, Melius, Optimum, Gene-

## Genera Nominum quot sunt :

Septem :	{ Masculinum }	} cuius nota est articulus	Hic
	{ Femininum }		Hac
	{ Neutrum }		Hoc
	{ Commune }		Hic & hac
	{ Omne }		Hic, hac & hoc

*Epicœnum*, quod sub vno articulo duo genera complectitur, vt hic passer, hac aquila.

Dubium, est quando autores variauerunt de voce alicuius genere, vt hic & hac dies.

## Quibus modis cognoscuntur nominum Genera?

Duobus : { Significatione &  
Terminatione.

## Quomodo cognoscuntur Genera nominum ex Significatione?

*Per Regulas generales.*

## Quot sunt regulæ generales?

*Decem.*

## Quæ est prima?

*Viro-*

Virorum, officiorum virilium, mensium, ventorum & fluviorum nomina, sunt generis masculini, Virgilius, Cicero, consul, Imperator, Aprilis, Maius, Eurus, Albus, Sala.

### Quæ est Secunda?

Mulierum, muliebrium officiorum, urbium & arborum nomina, sunt generis foemini, vt Anna, Catharina, Mater, Nutrix, Roma, Viteberga, Pyrus, Ponus.

### Quæ est Tertia?

Fructuum nomina pleraq; generis neutri sunt, vt Pomum, Pyrum, Prunum, Morum, Fragum, Cerasum.

### Quæ est Quarta?

Numeralia nomina à quatuor ad centum, indeclinabilia, & generis omni sunt, vt Quatuor, Quinque, Sex, &c.

### Quæ est Quinta?

Quæ conueniunt viris ac mulieribus, communis generis sunt, vt hi. & hæc Homo, Parens, ciuis, conuiua, senex, exul.

### Quæ est Sexta?

Adiectiuorum alia tribus terminationibus, tria genera continent. Prima terminatio in us, est generis masculini

in masculini. Secunda in a, generis foeminini. Tertia in  
um generis neutri, vt hic pius, haec pia, hoc pium.

### Quæ est septima?

Adiectiuorum alia duabus terminationibus tria  
genera continent, quarum prima in is, est generis com  
munis, secunda in e, generis neutri, vt hic & haec fortis  
& hoc forte.

### Quæ est octaua?

Adiectiuorum alia vna terminatione tria genera  
continent, quæ sunt generis omni, vt hic & haec & hoc  
felix, potens.

### Quæ est nona?

Volucrum nomina vna terminatione duo gene  
ra complectentia, sunt generis & picæni siue promiscui,  
vt haec pica, hic passer, haec cornix, haec perdix.

### Quæ est decima?

Dubij generis sunt, quæ ab autoribus alio atq; eo  
lio genere vsurpata sunt, vt hic vel haec dies, hic vel  
haec finis.

### Quomodo cognoscuntur genera nomi num ex terminatione?

Per Regulas speciales.

**A.**  
In A, primæ declinationis Fœminina sunt, Vt  
hæc Musa, fabula, moneta.

**EXCIPE.**

**I.** Græca quæ masculina sunt, vt hic Poeta, comeæ  
ra, Sophista.

**II.** Græca in ma tertiæ declinationis, quæ neutra  
sunt, vt hoc Poema, dogma.

**III.** In A pluralia tantum neutra sunt, vt hæc  
arma, castra, mœnia.

**E.**

**I.** In E, tertiæ declinationis neutra sunt, vt hoc  
mare, sedile, cubile.

**II.** Græca in E fœminina sunt, vt hæc Pentes  
coste, Epitome, Grammaticæ.

**III.** In æ pluralia tantum, fœminina sunt, vt hæc  
literæ, nuptiæ, nugæ.

**I.**

In I, neutra sunt, vt hoc Gummi, Sinapi.

In I, pluralia tantum, masculina sunt, vt hi ca  
ni, cancelli, codicilli.

**O.**

In O, Masculina sunt, vt hic sermo, carbo.

Excipe

## EXCIPE.

I. Quæ do aut go finiunt Hyperdissyllaba, fœmina sunt, vt hæc dulcedo, imago. Nam cætera masculina sunt, vt hic ordo, cardo, ligo. Præter Pondo, quod neutrum est.

II. In IO verbalia fœminina sunt, vt hæc conuicio, religio, His similia sunt, caro, & talio.

### V.

In V, neutra sunt, vt hoc cornu, genu.

### C.

In C, neutra sunt, vt hoc lac, halec.

### AL.

### EL.

### IL.

In AL, EL, IL, neutra sunt, vt hoc animal, mel, fel, nihil.

## EXCIPE.

Sal & mugil masculina.

### OL. & VL.

In OL & VL, masculina sunt, vt sol, consul.

### AM.

### EM.

Nequam

Nequam & Totidem sunt generis o mniū, Tantūna  
dem neutrum.

VM.

Vm finientia neutra sunt, vt hoc Templum, Scam  
num, Vinum, Speculum.

AN.

In AN masculina sunt & Græca, Vt hic Pæan,  
Titan.

EN.

In EN neutra sunt, hoc Flumen, Culmen, Se  
men.

EXCIPE.

Hæc masculina, Ren, Splen, Lien, Hymen, Pecten,  
Et composita à Cano, vt hic Fidicen, tibicen.

IN.

In IN masculina sunt, vt hic Delphin.

ON.

In ON. neutra sunt, quæ in VM apud Latinos  
exerunt, vt Symbolon, Ilion, Enchiridion, Encomion.

AR.

In AR neutra sunt, vt hoc Galcar, Laquear.

ER.

In ER

In ER, Masculina sunt, vt hic ager, liber, carcer.

EXCIPE.

- I. Hac Linter, hoc Iter, Spinter.
- II. Quæ ver aut ber finiunt neutra sunt, vt hoc ver, cadauer, vber, suber.
- III. Quæ fructus aut terræ fœtus significant, neutra sunt, vt hoc piper, papauer, cicer.

IR.

In IR, Masculina sunt, vt hic vlr.

OR.

In OR, Masculina sunt, vt hic honor, amor, color.

Excipe hoc cor, æquor, marmor, ador, & hæc arbor.

VR.

In VR, neutra sunt, vt hoc Ebur, Sulphur, Tecur.  
Excipiuntur hæc masculina, fursur, iurtur, vulgur.

AS.

In AS, fœminina sunt, vt hæc bonitas, voluntas, ciuitas.

EXCIPE.

- I. Hæc Masculina, hic as assis, vas vadu, mas maru,  
Et Graca, Elephas, Gigas.

B

Hæc

II. Hæc neutra, hoc vas vasis, fas & nefas indeclinabilia.

ES.

I In ES, quæ crescunt genitiuis in tertia declinatione, masculina sunt, vt hic pes, aries, paries. Excipiuntur hæc fœminina, seges, teges, compes.

Et quæ in obliquis e producunt latina, vt hæc marces quies.

II. In ES, quæ non crescunt genitiuis, Fœminina sunt, vt hæc fames, nubes, proles.

Excipe hic verres, hic vel hæc torques.

III. Sunt & fœminina, quintæ declinationis omnia, vt hæc fides, res, species.

IS.

In IS, fœminina sunt pleraq̃, vt hæc cutis, valis, nauis, messis, clauis.

EXCIPE.

I. In quibus IS sequitur literam N, vt panis, sunt enim Masculina.

II. In quibus IS sequitur duas consonantes, aut vnã duplicem, sunt masculina, vt hic ensis, piscis, vnguis, mensis. Masculina sunt, quæ genitiuis crescunt, vt la Pis, puluis, sanguis, Præter hæc cuspis, casus, progalea.

OS.

In OS masculina sunt, vt honos, flos, nepos,

Excipi-

Excipiuntur.

Hæc Cos, Dos, hoc os oris, & os ossis.

V S.

I. In VS, secundæ & quartæ declinationis, Masculina sunt, vt hic ventus, fructus.

Excipe.

Græca quæ fere sunt fœminina, vt hæc papyrus, synodus, methodus.

Sunt & fœminina hæc latina, humus, acus, arx, domus, manus, colus, arcus, tribus, porticus.

Neutra sunt, hoc Vulgus, pelagus, virus.

II. In VS tertiæ declinationis fœminina sunt, quæ V in obliquis retinent, vt hæc seruitus, palus, salus, tellus.

Excipe monosyllaba quæ neutra sunt, vt hoc ius, erus, rus, præter Mus, quod Masculinum est. Et Sus, commune.

III. In u tertiæ declinationis neutra sunt illa, quæ in obliquis V mutant, vt hoc corpus, pecus, vulnus, oculus, tempus.

A V S.

In A V S, fœminina sunt, vt hæc laus, fraus.

S, cum Consonante.

Quæ finiunt S, præcedente consona, fœminina sunt, vt hæc ars, mors, puls, vrbs, hyems, mens, plebs.

Excipe Masculina, hic mons, pons, fons, dens.

B 2

Sops

Seps serpentis nomen, tridens, rudens, chalybs,  
partes assis, velut triens, quadrans, &c.

T.

In T, Neutra sunt, vt hoc caput, occiput, synciput.

A X

In AX, latina fœminina sunt, vt hæc Pax, fornax,  
Græca fere masculina sunt, vt hæc abax, thorax,

F X.

I. In Ex monosyllaba, sunt fœminina, vt hæc  
fex, lex.

Masculina sunt, hic grex, rex.

II. In EX, polysyllaba, masculina sunt, vt hic  
codex, frutex, pollex.

I X.

I. In IX, dissyllaba, masculina fere sunt, vt hic  
calix, fornix, varix.

Excipe hæc cervix, radix, filix.

II. In IX, monosyllaba & polysyllaba, fœmini-  
na sunt, vt hæc nix, pix, cicatrix.

O X. V X.

In OX, & VX, fœminina sunt, vt hæc nox, vox,  
nox, faux.

Numeri nominum quot sunt

Duo

Duo: { Singularis, ut hic Caesar.  
Pluralis, ut hi Caesares.

Quid est Singularis?

Est vox unius significatiua.

Quid est Pluralis?

Est vox plurium significatiua.

Figurae quot sunt?

Duae: { Simplex, ut Aptus.  
Composita, ut Ineptus.

Quid est Simplex?

Est qua nomen unica dictione constat.

Quid est Composita?

Qua nomen pluribus dictionibus constat.

Casus nominum quot sunt?

Sex: { Nominatiuus,  
Genitiuus,  
Datiuus,  
Accusatiuus,  
Vocatiuus,  
Ablatiuus.

B 3

Quid

**Quid est Nominatiuus ?**

*Est prima vox, qua nominamus rem.*

**Quid est Genitiuus ?**

*Quo utimur interrogati de possessore, vt Cuius est liber ? Ciceroni.*

**Quid est Datiuus ?**

*Quo utimur attribuendo aliquid cuiquam.*

**Quid est Accusatiuus ?**

*Quo utimur, cum personam aut rem verbo subi-  
imus, vt lego Virgilium.*

**Quid est Vocatiuus ?**

*Quo vocamus.*

**Quid est Ablatiuus ?**

*Quo utimur, cum auferri aliquid significamus.*

**Declinationes ex Rudimen-  
tis pete.**

**De**

# DE PRONO- MINE.

## Quid est Pronomen?

Est vox qua utimur in demonstranda aut rep-  
tenda re, ubi nominis repetitio ingrata erat futura.

## Quot sunt Pronomina?

Decem & septem: Ego, Tu, Sui, Ille, Iste, Ipse,  
Hic, Is, Quis, Qui, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vestri,  
Nostras & Vestras.

## Pronomini quot accidunt?

Septem: Species, Significatio, Genus, Numerus,  
Figura, Persona, Casus.

## Quotuplex est Species?

Duplex { Primitiva &  
Derivativa.

## Quæ Pronomina sunt Pri- mitiva?

Ego, Tu, Sui, Ille, Iste, Ipse, Hic, Is, Quis, Qui.

B 4

Quæ

## Quæ sunt Deriuatiua?

*Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras.*

## Quotuplex est Significatio:

Sextuplex:

funt e-  
nim: { Demonstratiua, Ego, tu, hic, iste.  
| Relatiua, Is, ipse, qui, ille, aliàs demon-  
stratiuum est, aliàs Relatiuum.  
| Interrogatiua, Quis, cuius, cuius, cuius,  
cuius  
| Possessiua, Meus, tuus, suus, noster, ve-  
ster.  
| Gentilia, Nostras & vestras.

## Genera Pronominum quot sunt?

Quinq: { Masculinum.  
| Fœmininum.  
| Neutrum.  
| Commune.  
| Omne.

Ego, tu, sui, sunt generis omnis, Nostras & ve-  
stras generis communi. Reliqua mouentur sicut ad-  
iectiua trium terminationum.

Est & numerus, figura & casus, vt in nomine.

Nis

Nisi quod vocatiuo carent omnia Pronomina.  
Præter, Tu, meus, & noster.

Personæ quot sunt?

Tres: } Prima, vt Ego.  
      } Secunda, vt Tu.  
      } Tertia, vt ille, & cætera pronomina.

Quid est Prima?

Quæ de se loquitur.

Quid est Secunda?

Quæ ad alium præsentem loquitur.

Quid est Tertia?

Quæ de alio absente loquitur.

Quot sunt declinationes pro-  
nominum?

Quatuor: } Prima.  
          } Secunda.  
          } Tertia.  
          } Quarta.

B 5

Da.

Da Pronomina primæ de-  
clinationis &

Ego, Tu, Sui.

Quomodo declinantur &

Sic.

In Singulari numero.

Nominatiuo	Ego	Tu	caret.
Genitiuo	mei vel mîs	tui vel tuis	sui,
Datiuo	mibi	tibi	sibi,
Accusatiuo	me	te	se,
Vocatiuo	caret	ô tu	caret,
Ablatiuo	à me	à te	à se.

In Plurali.

Nominatiuo	Nos	Vos	caret.
Genitiuo	nostrum vel nostri,	vestrum vel vestri,	sui,
Datiuo	nobis	vobis	sibi,
Accusatiuo	nos	vos	se,
Vocatiuo	caret	ô vos	caret,
Ablatiuo	à nobis	à vobis	à se.

Quæ Pronomina sunt secundæ  
declinationis &

ihc

Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Quis, Qui.

## Quomodo declinantur?

### In Masculino genere.

Nominatiuo	Ille	Quis vel qui	Is
Genitiuo	Ilius	cuius	eius
Datiuo	Illi	cui	ei
Accusatiuo	Illum	quem	eum
Vocatiuo		carene	
Ablatiuo	ab Illo	à quo	ab eo

### Et pluraliter

Nominatiuo	Illi	Qui	Ei
Genitiuo	Illorum	quorum	eorum
Datiuo	Illis	quibus	eis ab ijs
Accusatiuo	Illos	quos	eos
Vocatiuo		carent.	
Ablatiuo	ab Illis à queis vel quibus ab eis vel ijs		

### In Fœminino genere.

#### Singulariter.

Nominatiuo	Illa	Que	Ea
Genitiuo	Ilius	cuius	eius
Datiuo	Illi	cui	ei
Accusatiuo	Illam	quam	eam
			Voca

Vocatio  
Ablatio ab illa

carente  
à qua ab ea.

### Pluraliter,

Nominatio	illa	que	ea.
Genitio	illarum	quarum	earum.
Datio	illis	quibus	eis.
Accusatio	illas	quas	eas.
Vocatio			carent.
Ablatio ab illis	, à queis vel à quibus , ab eis.		

### Quomodo declinantur Neutra huius declinationis?

Non secus ac Masculina præterquam quod ha-  
bent tres similes casus in utroq; numero & in plus  
uali numero a. Sed horum Nominatiui singulares  
sunt, Illud, istud, id, hoc, quid, quod & ipsum.

### Quæ Pronomina sunt primæ & se- cundæ declinationis?

Pronomina possessiva, Meus, Tuus, Suus, Noster,  
& Vester, & declinantur, quemadmodum Adiectiua  
3ium vocum.

### Quæ sunt tertiæ declinationis?

Prono

Pronomina gentilia, Nostras, Vestras, & cujas, quæ  
declinantur ad tertiam declinationem nominum.

## DE VERBO.

Quid est Verbum?

Est vox significans agere aliquid aut pati, dicitur  
man Fan zusehen/ Ich/ Du/ Der/ Wir/ Ihr/  
Die.

Verbo quot accidunt?

Octo: Genus, Species, Tempus, Modus, Figura,  
Persona, Numerus, & Coniugatio.

Genera Verborum quot  
sunt?

Quinq;: Actiuum, Passiuum, Neutrum, Com-  
mune, Deponens.

Quid est Actiuum?

Est quod desinit in O, & actionem significat re-  
gitq; post se accusatiuum, significantem personam,  
vt Verbero Dauum, Amo Phædriam.

Quid est Passiuum?

Quod desinit in OR, & Passionem significat,  
regitq;

regitq; post se commode Ablatiuum cum Præpositione  
significansem personam, vt Amor à Phædra, Verberor à Dauo.

### Quid est Neutrūm ?

Quod desinit in O, & prope modum actionem aut  
Passionem significat, veruntamen absolute, vt casum  
Actiuorum aut Passiuorum non requirat, vt Sto, curro,  
frigeo, caleo.

### Quid est genus Commune ?

Quod desinit in OR, actionem aut passionem si-  
gnificans, & accusatiuum vel ablatiuum secundum  
significationem exigit, vt crimino, Phormionem, &  
crimino à Phormione.

### Quid est Deponens ?

Est quod desinit in O R, acynam tantum signifi-  
cationem habet, & aut actiue, aut neutraliter signifi-  
cat, vt precor Deum, patior iniuriam.

### Quotuplex est Species

Duplex : { Primitiua &  
Deriuatiua.

### Quæ est Primitiua Species ?

Est quæ ex se nascitur, & vnde reliquæ cadunt,  
ac di-

ac dicitur in verbis perfecta forma, vt lego, dico.

## Quid est Deriuatiua?

Est quæ ex alijs nascitur, & dicitur imperfecta forma verborum, vt lectito, diditito.

## Quotuplex est Deriuatiua Species?

Quadruplex { Inchoatiua  
                  { Frequentatiua  
                  { Meditatiua  
                  { Diminutiua.

## Quæ verba sunt Inchoatiuæ Speciei?

Quæ terminantur in sco, & rem inchoari aut  
intendi significant, vt caleſco, luceſco, labasco.

## Quæ sunt Frequentatiua?

Quæ terminantur in ſo, to aut xo, & aſſiduita-  
tem vel conatum significant, vt ago, pulſo, nexo.

## Quæ sunt Meditatiuæ Speciei?

Quæ in vno terminantur, & ſtadium ſiue volun-  
tatem significant, vt Eſurio, Lecturio.

Quæ

## Quae sunt Diminutivae ?

Quae terminantur in LO, & diminutionem primitivi significant, vt à Canto Cantillo, à Sorbeo Sorbillo, id est, modice cano vel sorbeo.

## Tempora Verborum quot sunt ?

Quinq; } Praesens, vt Venio.  
          } Praeteritum imperfectum, vt veniebam.  
          } Praeteritum perfectum, vt veni.  
          } Praeteritum plusquamperfectum, vt veneram.  
          } Futurum, vt veniam. (ram.)

## Quid est modus Verborum ?

Est qui variam voluntatem in actione tradit.

## Quot sunt modi ?

Quinq; } Indicativus.  
          } Imperativus.  
          } Optativus.  
          } Subiunctivus siue Coniunctivus, &  
          } Infinitivus.

## Quid est Indicativus ?

Est qui simpliciter aliquid fieri, aut non fieri designat, vt Probitas laudatur & alget.

Quid

## Quid est Imperatiuus ?

Quo imperando utimur, ut nosce teipsum.

## Quid est Oportatiuus ?

Quo optamus non definimus quid fiat, ut utinam pueri obtemperent praeceptoribus.

## Quid est Subiunctiuus ?

Subiunctiuus est, qui nisi subyiciatur alteri orationi per se non absoluit sententiam, ut, Ita demum, florebit vrbes, Si pueros honestis disciplinæ ac virtutem assuefecerint.

## Quid est Infinitiuus ?

Est qui certos numeros & personas non definit.

Figura & numerus sunt sicut in nomine.

Persona est, ut in Pronomine, Prima, ut lego, Secunda, ut legis, Tertia, ut legit.

## Coniugationes Verborum quæ sunt ?

Quatuor.

### Quæ est Prima ?

Est quæ habet a longum in penultima Infinitiu-  
ui, ut amare.

C

Quæ

## Quæ est Secundæ

Quæ habet e longum in penultima Infinitivi, vñ  
Docere.

## Quæ est Tertiæ

Quæ habet e breue in Penultima Infinitivi, vñ  
Legere.

## Quæ est Quartæ

Est quæ habet i longum in Penultima Infinitivi,  
vñ, vt audire.

### Da Paradigma primæ Coniugationis per primas personas e Indicatiuis.

	Actiue	Passiue.
Præsens	Amo	amor
Præteritum im per.	amabam.	amabar.
Præteritum perfect.	amaui.	amatus sum vel fui.
Præteritum plusquam.	amaueram.	amatus eram vel (fueram).
Futurum	amabo	amabor.

### Imperatiuis.

Præsens	ama	amare
Futurum	amato	amator.

Opta.

## Optatiuus, vtinam.

Præsens præteritum imperfectum, amarem amarer.

Præteritum perfectum & plusq. amauissem, amatus

(essem vel fuisset).

Futurum amem amer.

## Subiunctiuus, cum

Præsens amem amer.

Præteritum imperfectum, amarem amarer.

Præteritum perfectum, amauerim amatus sim vel fu-

(rim)

Præteritum plusquamperfectum amauissem amatus

(essem vel fuisset).

Futurum amauero amatus ero vel fuero

## Infinitiuus.

Præsens & præteritum imperfe. amare amari.

Præteritum perfectum, & plusquamperfe. amauisse ama-

(tum esse vel fuisse).

## Gerundia.

Amandi amando amandum.

## Supina.

Amatum amatum.

C 2

Parti

## Participia.

Præfens	amans	Præteritum	amatus.
Futurum	amaturus	Futurum	amandus.

## Da Paradigma secunda Con- iugationis

### Indicatiuus.

	Actiue.	Passiue.
Præfens	Doceo	Doceor.
Præterit. impe.	Docebam	Docebar.
Præterit. perfe.	Docui	Doctus sum vel fui.
Præterit. plusq.	Docueram	Doctus eram vel fue- (ram)
Futurum	Docebo	Docebor.

### Imperatiuus.

Præfens	doce	docere.
Futurum	doceto	docetor.

### Oportatiuus, vtinam.

Præfens præter. imper.	docerem	docerer.
Præteritum perfe.	Et plusq. docuissem,	doctus essem (vel fuisset).
Futurum	Doceam	docear.

Subiun-

Subiunctivus cum

Præsens doceam docear.  
Præteritum imperfe. docerem, docerem.  
Præteritū perfectū, docuerim, doctus sim vel fuerim.  
Præterit. plusquam. docuissem, doctus essem vel fuisset.  
Futurum docuero, doctus ero vel fuerō.

INFINITIVVS.

Præsens & præteritum imperfectum, docere, doceri.  
Præteritum perfectum & plusquamperfectū, docuisse, doctum esse vel fuisse.  
Futurum, doctum ire, doctum iri vel docturum esse.

GERVNDIA.

Docendi docendo decendum.

SVPINA.

Doctum Doctus.

PARTICIPIA.

Præsens docens.  
Præteritum doctus.

*Futurum docturus Futurum docendus.*

**Da paradigma tertiæ Coniugationis.**

**Indicatiuus.**

	<i>Actiue</i>	<i>Passiue.</i>
<i>Præsens</i>	<i>Lego</i>	<i>legor.</i>
<i>Præteritum imper.</i>	<i>Legebam</i>	<i>legebar.</i>
<i>Præteritum perfe.</i>	<i>Legi</i>	<i>lectus sum vel fui.</i>
<i>Præteritum plusq.</i>	<i>Legeram</i>	<i>lectus eram vel fueram.</i>
<i>Futurum</i>	<i>Legam</i>	<i>legar.</i>

**Imperatiuus.**

<i>Præsens</i>	<i>Lege</i>	<i>Legere.</i>
<i>Futurum</i>	<i>Legite</i>	<i>Legitor.</i>

**Optatiuus, vtinam.**

<i>Præsens &amp; præter. imper.</i>	<i>Legerem</i>	<i>Legerer.</i>
<i>Præteritum perfect. &amp; plusquam.</i>	<i>legissem,</i>	<i>lectus es-</i> <i>(sem vel fuisset).</i>
<i>Futurum</i>	<i>Legam</i>	<i>legar.</i>

**Subiunctiuus, cum**

<i>Præsens</i>	<i>legam</i>	<i>legar.</i>
----------------	--------------	---------------

*Præter*

Præteritum imperfe. legerem, legerer.  
Præteritum perfectū legerim, lectus sim vel fuerim  
Præterit. plusquam. legissem, lectus essem vel fuisset  
Futurum legero lectus ero vel fuero.

### Infinitivus.

Præsens & præteritum imperfectum legere, legi.  
Præteritum perfectum & plusquam. legissem lectum es  
(se vel fuisse).  
Futurum lectum ire, lectum iri vel lecturum esse.

### Gerundia.

Legendi      Legendo      Legendum

### Supina.

Lectum      Lectu.

### Participia.

Præsens      Legens      Præteritum      lectus.  
Futurum,      Lecturus      Futurum      legendus.

Da Paradigma quartæ Coniugationis?

### Indicativus.

C 4

181

	Actiue	Passiue,
Præsens	Audio	Audior.
Præteritum imperfectum,	audiebam, audiebar.	
Præteritum perfect.	audiui, auditus sum vel fui.	
Præteritum plusquam.	audiueram, auditus eram vel (fueram)	
Futurum	audiam	audiar.

### Imperatiuus.

Præsens	audi	audire.
Futurum	audito	auditor.

### Optatiuus vtinam.

Præsens, Præteritum imperfectum,	audirem, audirer.	
Præteritum perfectum & plusquamperfectum,	audi- (uissem, auditus essem vel fuisset).	
Futurum	audiam	audiar.

### Subiunctiuus, cum.

Præsens	audiam	audiar.
Præteritum imper.	audirem	audirer.
Præteritum perfe.	audiuerim, auditus sim vel fuerim.	
Præteritum plusq.	audiuissem, auditus essem vel fue-	
Futuro, audiuero,	auditus ero vel fuero. (issem).	

### Infinitiuus.

Præsens præteritum imperfect., audire, audiri.

Præse-

Præteritum perfect. & plusquamperfect. audiuisse, au-  
ditum esse vel fuisse.

Futurum auditum ire, auditum iri, vel auditurum  
esse.

## GERUNDIA.

Audiendi      audiendo      audiendum.

## SVPINA.

Auditum      auditu.

## PARTICIPIA.

Præsens      audiens.      Præteritum      auditus.  
Futurum      auditurus.      Futurum      audiendus.

Integra coniugationum Paradigmata  
ex Donato pete.

# DE PARTI- CIPIO.

Quid est Participium?

Est nomen verbale significans tempus

Participio quot accidunt?

C f

Sex.

Sex } Genus Numerus Figura  
 } Casus Tempus & Significatio.

Eaq; partim à Nomine & Verbo, partim ab utroque mutuantur.

Quæ igitur accidentia recipit à Nominibus

Genus & Casum.

Quæ à Verbo?

Tempus & Significationem.

Quæ ab utroque

Numerum & Figuram.

Genera Participiorum quot sunt?

Quatuor i	[	Masculinum	]	in	us.
		Fæmininum			a.
	[	Neutrum	]	in	um.
		Omne			us.

Casus, Declinationes, & numeros habent communes cum nomine.

Figuræ sunt duæ, Simplex vt Spirans, Decomposita, vt Respirans.

Tempo

Tempora Participiorum quot  
sunt ?

Tria: { Praesens } in { us.  
 { Praeteritum } { tus, sus, xus.  
 { Futurum } { dus, rus.

Vnde cognoscitur Significatio  
Participiorum ?

Ex generibus verborum, à quibus participia ve-  
niunt.

Quot sunt Significationes  
Participiorum ?

Quinq;: { Actiua } { Actiuo.  
 { Passiua } { Passiuo.  
 { Neutra } { quæ venit } { Neutro.  
 { Communis } { à verbo } { Communi.  
 { Deponens } { Deponenti.

Quot veniunt a Verbo Actiuo  
Participia ?

Duo: { Praesens } in { ens, vt legens.  
 { Futurum } { rus, vt lecturus.

Quos

Quot veniunt à verbo Passivo :

Duo { Præteritum } { us, a, um, vt lectus, }  
 { Futuram } { n } { dus, da, dum, vt legen-

Quot descendunt à Neutro :

Item duo { Præsens } { stans, }  
 { Futurū } { vt } { staturus.

A verbis neutris, quæ in tertia persona Passiva coniugantur, fiunt etiam participia passiva, vt arata terra.

Quot veniunt à verbo Deponenti :

Tria { Præsens } { loquens. }  
 { Præteritum } { vt } { locutus. }  
 { Futurum } { locuturus

Quot veniunt à verbo Communi :

Quatuor { Præsens } { criminans }  
 { Præteritum } { criminatus }  
 { Futurum acti. } { vt } { criminaturus }  
 { Futurum pass. } { criminandus.

DE

# DE ADVERBIO.

## Quid est Adverbium?

Est quod actionis aut passionis circumstantiam  
vna voce effert, vt Venit prope.

## Adverbio quot accidunt?

Quatuor: }  
Species,  
Figura,  
Comparatio &  
Significatio.

Species & Figura sunt duplices, vt in reliquis partibus.

## Quot sunt gradus Comparationis?

Tres, vt in nomine.

## Quæ Adverbia Comparantur?

Ea quæ ab Adiectiuis nominibus comparabilibus  
deriuantur.

### Da Exempla.

Pulcher	Pulchrius	Pulcherrime.
Fortiter	fortius	fortissime.
Bene	melius	optime.

Quo

## Quot sunt significationes Ad- uerbiorum?

Varie, sunt enim aduerbia aut Loci, aut Tem-  
poris, aut numeri, aut negandi, aut affirmandi, aut  
Demonstrandi, aut Optandi, aut Hortandi, aut Or-  
dinis, aut Interrogandi, aut Similitudinis, aut Qua-  
litate, aut Quantitate, aut Intendendi, aut remit-  
tendi, aut Dubitandi, aut Personalia, aut Vocandi,  
aut Respondendi, Aut Separandi, aut Iurandi, aut E-  
ligendi, Aut Congregandi. Aut Prohibendi, Aut Con-  
cedendi, Aut Euentus, aut Comparandi.

Da Aduerbia Loci,	Hic, illic, vbi, inde foras.
Da Temporis,	Hodie, heri, nunc, nuper, cras
Da Numeri,	Semel, bis, ter, quater.
Da Negandi,	Haud, non, neq̄.
Da Affirmandi,	Etiam, quidni, certe, profecto.
Da Demonstrandi,	En, ecce.
Da Optandi,	Vinam, o si.
Da Hortandi,	Eia, age, agite.
Da Ordinis,	Deinde, deinceps,
Da Interrogandi,	Cur, quare, quamobrem.
Da Similitudinis,	Quasi, ceu, sicut. (male.
Da Qualitate,	Docte, pulchre, fortiter, bene,
Da Quantitate,	Multum, parum, modicum.
Da Intendendi,	Valde prorsus, omnino, admo- (dum, nimium, penitus, adeo.
	De re

Da Remittendi,	Sensim, paulatim, pedetentim, agere, vix.
Da Dubitandi,	Forsan, forsitan, fortassis.
Da Personalia,	Mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum.
Da Vocandi,	O, heus.
Da Respondendi,	Hem
Da Separandi,	Seorsum, retrorsum.
Da iurandi,	Aedepol, aecastor, hercle.
Da Eligendi,	Potius, imo.
Da Congregandi,	Simul, vna, pariter.
Da Prohibendi,	Ne.
Da Concedendi,	Sane, esto, fac.
Da Euentus,	Forte, fortuito.
Da Comparandi,	Magis, minus.

## DE PRAEPO- SITIONE.

### Quid est Praepositio?

Est propemodum articulus, verbo nomen adian-  
gens, quod aliquam facti circumstantiam significat.

### Praepositioni quot ac- cidunt?

Vnum, Casus scilicet, Accusatiuus, & Abla-  
tiuus.

Quot

**Quot sunt Præpositiones serui-  
entes Accusatiuo?**

Triginta: *Ad, Apud, Ante, Aduersum, Cis, Citrà,  
Circum, Circa, Contra, Erga, Extra, Inter, Intra, In-  
fra, Iuxta, Ob, Pone, Per, Prope, Propter, Secundum,  
Post, Trans, Ultra, Præter, Supra, Circiter, Vsq., Se-  
cus, Penes.*

**Quot sunt Præpositiones seruien-  
tes Abiatiuo casui?**

Quindecim: *A, Ab, Abs, Cum, Coram, Clam, De,  
E, Ex, Pro, Præ, Palam, Sine, Absq., Tenus.*

**Quot sunt seruietes vtriq; casui?**

Quatuor: *In, Sub, Super & Subter.*

**Quot sunt Præpositiones In-  
separabiles?**

Sex: *Di, Dū, Re, Se, An, Con.*

## DE CONIUN- CTIONE.

**Quid est Coniunctio?**

*Est quæ subinde superioribus sententijs alias an-  
nectit.*

Con-

## Coniunctioni quot accidunt?

Tria: } *Figura,*  
      } *Potestas, &*  
      } *Ordo.*

*Figura est, ut in ceteris partibus orationis, duplex.*

**Quid est potestas?**

*Est coniuñtionum significatio.*

**Quot sunt Significationes?**

Septem } *Copulatiua,*  
          } *Disiunctiua,*  
          } *Aduersatiua,*  
          } *Causalis,*  
          } *Ratiocinatiua,*  
          } *Ordini,*  
          } *Approbativa,*

**Da Copulatiuas Coniunctiones.**

*Et, &, quoque, ac, atq;, etiam, simul, cum, tum:*

**Da Disiunctiuas.**

*Ve, vel, aut, siue, seu.*

**Da Aduersatiuas.**

*At, sed, ast, verum, vero, porro, atqui, tamen, quauquam, quamuis, etsi, licet, saltem.*

D

Da

## Da Causalis

Nam, namq̄, enim, etenim, quia, quoniam, quando,  
do, quandoquidem, si, siquidem, nisi, ni, enimvero.

## Da Ratiocinativas.

Ergo, ideo, igitur, idcirco, quapropter, quando,  
quamobrem, proinde.

## Da Ordinis.

Insuper, postquam, deinde, deinceps.

## Da Approbatiuas

Quidem, equidem.

Quotuplex est Ordo Con-  
iunctionum.

Triples:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Præpositivus.} \\ \text{Postpositivus.} \\ \text{Communis.} \end{array} \right.$

## Da Coniunctiones Præposi- tivi Ordinis.

Nam, quare, ideo, etenim, at, ast, nec, si, quin, nisi, seu.

## Da Postpositivi Ordinis.

Enim, autem, quoq̄, vero.

Da

Da Communis.

Ergo, igitur, itaq, quoniam, tamen.

## DE INTERIECTIONE.

Quid est Interiectio?

Est sonus inconditus, animi affectum significans.

Quot accidunt Interiectioni?

Vnum, scilicet significatio.

Quot sunt significatio-  
nes?

Alie sunt admirationis, vt Papæ.

Alie doloris, vt Ah, heu, prob, dolor, ô heu.

Metus, vt Aiar.

Indignationis, vt Proh, Iupiter, heu.

Risus, Ha, ha, he.

Irrisiois, vt Hui, vah.

D 2

DE

# DE SYNTAXI.

Quid est Syntaxis?

Est quæ constructionem vocum docet.

Quot traduntur Regulae generales de Nominis?

Tres.

Da Primam.

A Iiectivum & Substantivum eodem genere, numero & casu coherent, ut *Amicus certus in re incerta cernitur. Dulcia præcipiti labuntur tempora cursu.*

Da Secundam.

Figuram Appositionem dixerunt, cum duo coniunguntur substantiva eodem casu, vnum declarans alterum, ut *Quidius, Effo tiuntur opes irritamenta malorum. Cicero: Philosophia mater artium.*

Da Tertiam.

Substantivum cum substantivo genitivo casu iungitur ut *Voluptas esca malorum, Cicero: Omnium rerum vicissitudo est. Terentius: Favor foveet spes exulum, Seneca.*

Quos

Quot traduntur Regulae generales de Verbo?

Nouem.

Quæ est Prima?

Nominatiuus præcedit verbum finitum, simili numero & persona, vi Exitus acta probat.

Quæ est Secunda?

Verba substantiua præcedunt & sequuntur Nominatiui, vi Cicero: *Fortuna est domina rerum humanarum. Senes bis pueri sunt.*

Quot sunt verba Substantiua?

Quatuor: {  
Sum.  
Forem.  
Fio, &  
Existo.

Quæ est Tertia Regula?

Verbum finitum sequitur aliquando Nominatiuus, præcipue in verbis gestiuum, vi: *Dormit securus. Clautus: et cubitum incænatus.*

D 3

Quæ

### Quæ est quarta?

Utitur verbis primæ et secundæ personæ dissimulatis pronominebus; ut: Nosce teipsum. Ovidius: Ventura memores iam nunc estote senectæ.

### Quæ est quinta?

Activa verba omnia accusatiuos adsciscunt. ut Virg. Labor omnia vincit improbus. Magistratus ostendit virum.

### Quæ est Sexta?

Sed quedam Neutra cognatæ significationis accusatiuos adsciscunt, ut Aro terram. Cicero. Qui stadium currit, eniti debet, ut vincat. Obijt mors sem.

### Quæ est Septima?

Passiuorum proprius casus est ablatiuus cum Præpositione, ex nominatiuo, actiui verbi factus, ut: Virgilius à me legitur. Virtutes laudandæ ab omnibus.

### Quæ est Octaua?

Infinitiui, adduntur verbis significantibus sensum

*sensum aut voluntatem, ut Fortuna opes auferre, non  
animum potest.*

### Quæ est Nona Re- gula?

*Accusatiuus proprius casus est Infinitiuorum,  
precedens Infinitiuos, & exponitur per Nominati-  
uum adiecta particula quod vel ut. Terentius: Sal-  
uum te aduenisse gaudeo. E flamma te petere cibum  
arbitror.*

### Da Regulam generalem de Pronomine.

*Relatiuum cum antecedente Substantiuo, ne-  
cesse est genere & numero consentire, casu non sem-  
per conuenit. Nam ÷ sequenti verbo respondet, ut:  
Nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequuntur.*

### Da Regulam generalem de Participio.

*Participia imitantur uerborum suorum con-  
structionem, ut legens Virgilium.*

*Malo uiram pecunia, quam pecuniam uiro in-  
digentem.*

D 4

D 4

## Da Regulam de Aduerbio.

*Aduerbia subiiciuntur verbis ad explicandas circumstantias locorum, temporum, & similes, ut Terentius: Satis diu hoc tam saxum voluo, Cicero: Male parata Male dilabuntur.*

## Quot traduntur communiores Regulæ de Præpositionibus?

*Duæ.*

### Da primam.

*Præpositio accusatiuum vel ablatiuum aut vtrumq; exigit, ut, ad Calendas Græcas, Cicero. Quam quisq; nouit artem, in hac se exerceat.*

### Da Secundam.

*Præpositio cum suo casu omni verborum Genere subiicitur. Non datur ad Musas currere lata via.*

## Da Regulam de Coniunctione.

*Coniunctio aut similes casus coniungit, aut novam orationem superiori annectit, ut, Nox & amor vinumq; nihil moderabile suadent. Ouidius, Fama manet facti posito velamine currunt. Et memorem famam, qui bene gessit habet.*

*Quæ*

## Quot traduntur Regulae generales de genitiuo ?

Quatuor.

### Quæ est Prima:

Superlatiui adsciscunt genitiuos plurales, vel collectiui nominis singulares, vt doctissimus Poetarum Virgilius. Lucanus: Terrarum domitor, Romana maxime genis.

### Da Secundam.

Nomina collectionem aut, partitionem significantia, adsciscunt genitiuos plurales, vt, Nemo hominum, Pars ciuium.

### Da Tertiam Regulam.

Adiectiua quæ copiam, desiderium, noticiam, oue contra significant, genitiuum postulant. Cicero: Omnia honesta plena gaudiorum sunt, Item: Deinde omnia plena gaudiorum inania verborum videmus. Similiter & Participia cum in nomina degenerant, & verborum casus amittunt. Virgilius: Patiens lobotam iuuentus, Terentius: Fugitans litium.

D S

Da

## Da Quartam.

Accusandi verba, & memoriae, Præter accusatiuum genitiuos adsciscunt, causam significantes, vt Terentius: Si herum insimulabis auaritiæ, male obliques Cicero. Viuorum memini, nec mortuorum audire nisi possum.

## Da Regulas Speciales de Datio.

### I.

Adiectiua, quæ similitudinem, vtilitatem, & facilitatem significant, datiuos adsciscunt. vt Cicero: Viri boni moribus similes. Ea lex vobis accommodata atq; vtilis est.

### II.

Verba omnia, in quibus est quædam concedendi significatio datiuum adsciscunt, vt Pecunia obediunt omnia. Quem lupo commisisti.

### III.

Verbo est, habendi significatione, vtitur cum Datio: Virgil. Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca.

Quos

## Quot traduntur Regulae de Accusatiuo ?

Duae.

### Quae est prima Regulae

*Adiectiua Graeca consuetudine Accusatiuos substantiuorum adsciscunt per Synechdochen, vt, Nuda genu.*

### Quid est Synechdoche ?

*Quando pars pro toto ponitur, aut totum pro parte sumitur.*

### Quae est Secunda Regulae

*Fauca quaedam actiua duos accusatiuos adsciscunt, quae dicuntur Transitina, vt: Docco te Literas. Virgilius: Nulla salus bello, pateam te poscimus omnes.*

## De Regulas de Vocatiuo.

*Vocatiui secundae personae & imperatiuis verbis praeposuntur. Virgil. Eripe nate fugam, Terent: O salue Pamphile.*

II.

*Nonnunquam etiam sine verbo inseruntur orationi, O Meliboe, Deus nobis haec oia fecit.*

Quot

Quot traduntur Regulæ de  
Ablatiuo &

Quinq̃.

Da Primam.

Comparatiui adsciscunt ablatiuos. vt Terenti-  
us: *Homine imperito nunquam quicquam iniustus.*  
*Nihil preciosius libertate.*

Da Secundam.

Ablatiuos instrumenti, propemodum omnibus  
ad uis uerbu subijcimus. vt, *Ferit illum gladio.* Hora-  
tius: *Naturam expellas furca, tamen usq̃ recurret.*

Da Tertiam Regulam.

Ablatiuus instrumenti subijcitur certis Adiecti-  
ui. Cicero: *Vt gloria clarus, autoritate grauis. Te-  
rentius, Deteriores omnes sumus licentia.*

Da Quartam.

Verba rrpellendi, petendi & induendi signifi-  
cationem habentia, ablatiuos adsciscunt, sed cum  
Præpositione, vt Cicero: *Adolescentia à libidinibus  
arcenda est. Peto à te, vt eum conseruatum uelis. Vie  
indatus muliebri habitu.*

Da

## Da Quintam Regulam.

Duo ablativi coniunguntur designantes consequentiam, alter participij alter nominis. Ovidius Nube solet pulsa clarior ire dies. Carolo regnante expugnata est.

# DE FIGVRIS.

Quot traduntur vltatiores  
Figure?

Septem: Synthesis, Zeugma, Syllapsis, Prolepsis, Antiprosis, Elocutio, & anastrophe.

Quid est Synthesis?

ἔνωσις id, id est. Compositio, est. cum nomini multitudinis singulari r spondet verbū vel adiectiuū plurale. Nam ad intellectum refertur Constructio, vt Virgilius: Pars veniemus Scythiam, Ouidius: Iura baruunt.

Quid est Zeugma?

ἑνώμα, id est. adiunctio, Est, cum multis substantiis vnum verbum seu adiectiuum additum, consentit cum proprio substantiuo, Virgilius: Caper tibi saluus & hader.

Quid

## Quid est Syllepsis?

συναγωγία, id est, comprehensio, est cum multis substantiis, ita verbum vel adiectivum subicitur, ut consentiat non cum propinquiore, sed prestantiore substantivo, Præstat autem numerus pluralis singulari, masculinum genus fœminino, prima persona secundæ, secunda tertiæ, ut Milites & Imperator pugnant. Cic. Si tu & Tullia lux nostra valetis, ego & suavisimas Cicero valemus. Ovidius, Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

## Quid est Prolepsis?

προληψία, id est, Præoccupatio, est, cum nomini partes subijciuntur verbo non repetito, ut, Terent. Curemus æquam uterq; partem, tu alterum, ego item alterum.

Aquila volant, hæc ab Oriente, illa ab Occidente.

## Quid est Antiptosis?

ἀντιπώσις, id est, casus pro casa, est ubi contra Analogiam antecedens imitatur casum reliqui, ut Terent. Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? Quem quæritis Christum non est hic.

## Quid est Euocatio?

Est, cum verbo primæ aut secundæ personæ

νομῶν

nomen tertiae personae praepositur. Virgil. Non om-  
nia possumus omnes. Nos poma natamus.

### Quid est Enallage

Est, cum in narrando infinitivo pro imperfe-  
cto Indicativi utimur, ut facile omnes perferre ac  
pati, pro perferebat ac patiebatur. Cicero ad Atti-  
cum. De triumpho hortari, suscipere  
Partes suas monere.

F I N I S.



*G. Lorenz*  
Buchbinder  
in ROSTOCK







ulam de Aduerbio.

ciuntur verbis ad explicandas cir-  
am, temporum, & similes, vt Te-  
u hoc tam saxum voluo, Cicero:  
dilabuntur.

tur communiore Regulae  
Prapositionibus

Dua.

Da primam.

accusatiuum vel ablatiuum aut v-  
ad Calendas Gracas, Cicero. Quam  
in hac se exercent.

a Secundam.

in suo casu omni verborum Gene-  
datur ad Musas currere lata via.

Regulam de Con-  
iunctione.

e similes casus coniungit, aut no-  
teriori annectit, vt, Nox & amor  
erabile suadent. Ouidius, Fama ma-  
lamine currunt. Et memorem fa-  
sit habet. Quos